

Bu.22. num. 30.

DISSE
QVAESTIONEM EXPLICANS,

QVATENVS ARTICVLORVM IMPERTINENTIA
ANTE DEFINITIVAM SENTENTIAM CON-
SIDERANDA SIT?

Q V A M

ILLVSTRIS IVRISCONSVLT. ORD. CONSENSV,
P R A E S I D E

IO. AVGVSTO REICHARDT,

IVR. DOCTORE, CVRIAЕ PROVINCIALIS SAXON. COM-
MVNIS ADVOCATO ET SYNDICO ACADEMIAE
ADIVNCTO.

DIE VIII. MAI. CICIOCCCLXVII.

ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT,
CHRISTIANVS HENRICVS DOMRICH

RVDELST. SCHWARZBURGICVS.

I E N A E
LITTERIS STRAVSSIANIS.



Dissertatio invidiorum

QAVESTIONUM LIBRINUM

QAVATANIA ARTICOLARUM IMPERIUM

QAVATANIA ARTICOLARUM IMPERIUM

SIDELA QAVATANIA

QAVATANIA ARTICOLARUM IMPERIUM

QAVATANIA ARTICOLARUM IMPERIUM

IO AVEGATORI HODIARDI

QAVATANIA ARTICOLARUM IMPERIUM

QAVATANIA ARTICOLARUM IMPERIUM

QAVATANIA ARTICOLARUM IMPERIUM

QAVATANIA ARTICOLARUM IMPERIUM

CHRISTIANUS HENRICUS DORRICH

QAVATANIA ARTICOLARUM IMPERIUM

A SON ALTESSE
SÉRÉNISIME
MONSIEUR
JEAN FRÉDÉRIC
PRINCE REGNANT
DE
SCHWARZBOURG-ROUDOLSTADT
ETC.

A 20 N VLTESSE
SPRÜHNISSE
MONSIEUR
HÉAN FREDERIC
PRINCE REGENT
SCHEVENINGEN ROODERSATZ
ETC

MONSIEUR,



utant de fois que je m'occupe du souvenir de ces jours, où sous la Protection de VOTRE ALTESSE SERENISSIME je me donnois aux préparatifs de mes études, autant de fois je sens les marques les plus éclatantes de VOTRE grace, et en même tems je crois que c'est de mon très-humble devoir, de rendre raison à VOTRE ALTESSE de ma vie Académique, et de ma diligence y appliquée, pour énerver par là les calomnies maintenant très fréquentes, et proposées par des desseins obliques. Voila Monsieur pourquoi j'ose offrir à VOTRE ALTESSE la dissertation ci-jointe, comme un gage de faire tous mes efforts pour réussir solidement

ment

ment dans mes études. Que je serai hûreux,
MONSEIGNEUR, si ces premices ne Lui deplai-
sent pas, et si VOTRE ALTESSE SERÉNISIME me
daigne accorder la grace, et la puissante pro-
tection, qu'elle a accordée si gracieusement à
tant d'autres de ses sujets pour les encoura-
ger a cultiver les Muses. Aureste je supplie le
Tout-puissant de combler VOTRE ALTESSE SE-
RÉNISIME et toute son AUGUSTE maison de
toute sorte de Benedictions, étant toute mayie
avec le respect le plus profond

MONSEIGNEUR
DE VOTRE ALTESSE
SÉRÉNISIME

à Jena
ce 8. de May
l'année 1767.

le plus - humble, plus - obeissant, et le plus
fidelle sujet et serviteur
CHRETIEN HENRI DOMRICH.

PERILLVSTRI ET EXCELLENTISSIMO DOMINO

D O M I N O

H A N S G O T H E L F
A G L O B I G

SERENISSIMO SAXONIAE ELECTORI AB INTIMIS
CONSILIIS NEC NON SENATVS ECCLESIASTICI
ET SVPREMI CONSISTORII PRAESIDI

DOMINO ET MAECENATI

INDVLGENTISSIMO

PERILLATATE ET EXCELSITATE DOMINI

DOMINUS

HANS GOTTFELDE GLODIG

CONSTITUTIO SAXONIAE ELECTORIS AB INITIIS
ET AUSTRIÆ CONSISTORII FESTA

DE VOTIVE ALTARI
DOMINO ET MAGDALENAI

TRADALCENSIS

COLLEGIUM





*Etsi diu dubitavi, an auderem EX-
CELLENTIAE TVAE, hanc
qualemcumque dicare exercitationem academicam,
veritus, ne hoc temeritati potius, quam animi er-
ga TE pietati et obseruantiae tribueres; tamen
metum, qui a consilio aliquamdiu me avocabat,
animo eripuit TVVS, quem academia, in qua buc-
usque degi, nouit ac veneratur, fauor, quo omnes
dignaris, quos intelligis tempus suum non male
collocasse, patriaeque inserviendae ardorem pro-
dere. Confirmabat propositum mirifica TVA, quam
in patria domo mihi licuit experiri, gratia et in-
dulgentia, atque ex eo tempore proprius TIBI in-
natescendi occasionem optaui et facultatem; quam
quidem cum iam oblatam mihi videam non modo
mihi gratulor, verum etiam summa animi pie-
tate*

tate hoc laborum meorum academicorum Specimen,
TIBI DOMINE INDVLGENTISSIME,
trado, vitam, vires, prosperaque valetudinem
patriae ergo appreco, meque et res meas iam
atque in posterum ut TIBI commendatas esse gra-
tiose velis, demissa mente rogo.

EXCELLENTISSIMO NOMINI TWO

Scripsi
Lipsiae d. 5. Dec.
M D C C L X V .

Aliens deuotissimus,
CHRISTOPHORVS GODOFREDVS LAZER.



INTROITVS.

 Quamquam potissimum in disputationibus
attestationum pertinentiam et impertinen-
tiam articulorum probatorialium partes
deducere soleant, tamen sit saepe numero,
vt illa in termino pro et reproductionis iam vrgatur.
Cum itaque in foris nostris Saxonici, secundum pra-
xin et ordinationes processus, (ad quas, quad eius
fieri potest, in dissertatione nostra respiciemus,) quae
de remediis probandi e. gr. de admissibilitate testimoni-
um et recognitio documentorum in iisdem terminis in-
ter partes disceptari solent, ante definitiuvam senten-

A

tiam

tiam interlocutorie decidi soleant et debeant, 1) adeo-
que in Saxonia electoral i et in foris Altenburgicis, vbi
ordinarie tales interlocutoriae sententiae non permittun-
tur, iudex litigantibus, qui ad eiusmodi sententiam pro-
uocant, si in casum succumbentiae quinque thaleros in
iudicio deponant, gratificetur, et interlocutorie pro-
nunciet; 2) inquirendum omnino existimauimus, vtrum
in illa interlocutoria, super admissibilitate remediorum
probandi ferenda, quinam articuli sint impertinentes
a iudice inquiri debeat, an vero iudex; vt in disputa-
tionibus attestatorum hanc idoneam vitiosamue articu-
lorum rationem demum demonstrent, partes litigantes
remittere possit? Quod vt ordine fiat, primo in
quaestione, quatenus super pertinentia articulorum
in sententia super qualitatibus remediorum proba-
tionis ferenda iudicandum sit, deinde, quatenus in ea-
dem sententia super pertinentia articulorum haud sit
pronuntiadum, sumus inquisituri.

SECT. I.

- 1) perill. A. L. C. SCHMID schickt anzawenden sind §. 20.
Anweis. wie die Regeln des gemei- n. 6.
nen und Sachsischen Proceses ge- 2) O. P. S. R. ad Tit. 20. §. 8.
O. P. Alt. Cap. 21. §. 4.

DISSERT. IURID. QVAESTIONEM EXPLICANS. 3

SECT. I.

QVATENVS SVPER PERTINENTIA
ARTICVLORVM, IN SENTENTIA SV-
PER QVALITATIBVS REMEDIORVM
PROBATIONIS FERENDA, SIT
IVDICANDVM?

§. I.

De articulis in genere.

Anquam rem ipsam aggrediamur, quaedam de articulo in genere, de variis eius significationibus, divisionibus, et historia praefari lubet, quod quidem ab huius disputationis proposito non alienum esse putamus. Vocem *articuli*, sive, *αρτος τε αρθρος* Graecorum, quod iuncturam, Germ. *GELENCK* denotat, ut diminutivum considerare et deriuare velis; sive illam ab *artu*, latinis membrum denotante, proficisci, et tali modo per deminutionem huius vocis, sub articulo paruos artus, (quales e. gr. sunt digitorum,) etymologicē intelligi, contendere velis 1), vtrobique tamen id inter omnes conueniet, eius vocis adpellationem ab humani corporis habitu esse petitam, atque ad instar membrorum eius congrue iunctorum, concinnam, breuem et haud superfluam rerum texturam et compositionem denotare. Quo factum est, vt eam tam in legibus, quam ab aliis scriptoribus ad varia adplicatam et diuersi mode usurpatam reperiamus.

A 2

Vt

1) GESNER in thes. Ling. et Voc. *Articulus*. MARTINI Com-
erudit. Rom. Voce *Articulus*, RV-
LAND de commiss. p. 3. Lib. 1.
Cap. 2, n. 8. SCHARD Lexic. iurid.
ment. For. in pr. I. Sax. Tit. XX.
§. 7. n. 2.

4. SMACCI DISSESSATIO IURIDICALIS

Vt enim taceamus aliorum scriptorum usus huius vocabuli, quorum **GESNERVS** in thesauro linguae et eruditionis Romanae, voce *articulus*, magnum recenset numerum, vel in solis legibus Romanis sumitur (a) pro *particulis* et, que, cum et tum, 2) (b) Pro *quibuslibet verbis*. Sic verbum est, 3) quisquis 4), articuli nominantur. (c) Pro *statim*, *continuo*, ev. ἀτομῷ seu in ipso temporis momento 5). (d) Pro *specie facti proposita*, sive *themate*, (casum vulgo appellant.) 6) (e) Pro *parte* seu pro *specie unius generis* 7). (f) Pro *sententia interlocutoria*, *pratiudicio* seu *interlocutione iudicis* 8). (g) Pro *Clausula et oratione* 9). (h) Pro eo quod vulgo dicitur *punctum*, seu potius *pro capite*, *particula*, et *membro periodi* totius *alicuius propositi* 10). De articulorum pertinentia et impertinentia in probatione et reprobatione acturi, e re nostra omnino ultimam significationem esse

2) L. 142. de V. S. et L. 4. π de Condit et Demonstr.

3) L. 34. §. 1. D. de aur. arg. leg.

4) L. 29. π. de hered. inst.

5) In Arcad. et Honor. Constit. L. fin. Cod. de Offic. Com. sacri. Palat. (aliis est sub Tit. Com. rer. privat.)

6) L. 12. π. de LL.

7) L. 1. pr. π. de rer. diu.

8) L. 5. C. quorum appell. non recip. vbi Graeci verba, ab articulo appellare reverunt οὐτα διαλαλασ; ab interlocutione, et quamvis SCHARD Lexic. Iurid. voce *articulus* et GOTHOFRED. ACCVRSIUS in L. 5. haec verba aliter explicit, et prior vocabulum articuli hoc loco sen-

tentiam definitiū, posterior vero caput seu membrum sententiae inter- pretentur. Confirmat tamen locus aliis alium luculentem, cum obser- uante IACOBO CVIACIO, obs. XII. Cap. 6. ad d. L. et IACOBO GOTHOFREDO ad Cod. Theodos. Tom. IV. p. 293, seq. in L. 1, 3, 23. et 25. Cod. Theod. articulus pro interlocutione accipiatur adeoque d. L. 33. quae cum L. 5. Cod. quor. appell. non recip. eadem est, sententiae definitiū opponatur.

9) L. 27. §. 2. π. ad SC. Trebell.

10) L. 9. D. de stat. hom. L. 22. §. 12. solut. matrim. L. 5. §. 1. π. de praescript. verbis et L. 6. §. 1. cod. de bon. quae lib.

esse arbitramur, cum tam Pragmatici Galli, singulas orationis sententias interuallis quibusdam distinguentes, et hancce per membra distinctam locutionem articulos appellantes, hunc sensum suum fecerint, quam ius canonicum, quod nos in materia de processu in foris sequimur, variis locis vbi de articulis disponit, eo sensu hanc vocem accipiat 11). Verum enim vero si ius commune ciuile inspiciamus, nulla plane de articulis vestigia inueniuntur 12). Veteres enim ipsam actionis vim et robur simpliciter scripto comprehendebant solemniter, et quatenus ad probationem ab aduersario de-promendam attinebat, vtebantur primum interrogatoriis actionibus, deinde easdem interrogationes officio iudicis quoque expediebant, 12) donec posteriorum saeculorum auto-res, quoniam in dies magis magisque multiplicabantur lites, ad agendas causarum probationes, modum articulatum paullatim admitterent in iudiciis et commodum existimarent, qui adeo sequentibus temporibus placuit, vt in Camera olim omnia scripta, quocunque nomine appellarentur aut exhiberentur, articulatum producenda essent 13). Inde fit, vt apud

A 3

iuris

11) Cap. 2. de test. attest. in 6to et C. 38. X. eod.

12) Quamvis glossatores originem eorum ab interrogatoriis tra-hendam putent, nobis tamen persuadere non possumus, eam inde esse deducendam, cum haec post litem contestatam si-ant, illa vero ante litis contesta-tionem facta sint, dein quoque finis interrogatorium in uitanda poe-

na plus petitionis consistens, ab articulis plur. alienus sit.

12) III. HELLFELD, in Iu-risp. for. §. 745. OLDERDORP, de form. libell. Tit. deposit, art. fol. 62.

13) I A C. BLV M E ad. Pt. Cam. Tit. 63. n. 20. qui verba O. C. P. 3. T. 49. §. 1. articul s oder punctens Weise pro eodem sumi putat,

iuris communis DD. variae articulorum species commemo-
rentur, e. gr. *probatorialium, positionalium, defensionalium,*
elisiorum, super elisiorum, peremitorialium, causalium, addi-
tionalium, superadditionalium, exceptionalium, replicatoria-
rum et declaratorialium. Quemadmodum vero fieri solet,
vt omnibus praeclaris rebus homines aliquando abutantur,
ita et litigantes, eorumque aducati lites protrahendi amore
ducti, hocce diuerso articulandi modo nimium sunt abusi, vt
status imperii ea re commoti, illum in commitis abrogarent 14).
et de modo dictis articulorum speciebus, nullis aliis vti lice-
ret praeter positionalibus, aliquando etiam simpliciter posi-
tionibus vocatis, et probatorialibus siue probatoriis, hisce non
prolixis et superfluis. Quid, cum maturatio probationum
ab articulis dependeat, illarumque confusio per eos evite-
tur, et legibus compluribus prouincialibus, et ordinacioni-
bus processus articulorum usus praceptus est. Praeser-
tim iure Saxonico vbi positionum in foris Iuris commu-
nis obtinentium usus exultat, omnis probatio siue per
testes, siue per documenta, seu alio modo fiat, articulis includi debet; quo etiam fit, vt confusio probatio-
nis apud practicos in foris iuris communis frequens, qui ex
incuria modum probandi per articulos, ad probationem per
testes refringunt, in foris Saxonici non reperiatur. Iam
ad rem ipsam accedamus, et sepositis positionibus, quid sint
articuli probatoriales, quomodo in pertinentes, et imper-
tinentes diuidantur, videamus.

14) R. I. de Ao. 1654. §. 37. 64. et 96.

§. II.

Articulorum definitio et diuisio in pertinentes; et impertinentes.
 Articuli probatoriales sunt propositiones quibus probans probanda includit. Quemadmodum vero leges permittunt et praeципiunt, ut probationes per articulos fiant, (§. 1.) ita et modum articulos conficiendi non reliquerunt indeterminatum. Etenim tam ratione externorum, quam internorum articulorum, vitia, in illis concipiendis evitanda, partim disertis verbis leges praecipiunt, partim ex iisdem colligere licet argumentis ab analogia ductis. Quoad externa enim hoc cautum est, ut (a) sint affirmatiui, non negatiui, quod eam vim non habet, ac si articulus non possit comprehendere propositionem negatiuam, sed ut quilibet articulus per vocabulum *derinco*; Germ. *wahr seyn*, *glaube wahr seyn*, concipatur 1). Ut (b) sint breues et rotundi non prolixii 2). Quoad interna vero in illis praescribitur, ut (c) ne sint vel ambiguae positi vel obscuri, 3) non (d) generales, quoniama obscuritate non carent, 4) neque (e) captiosi, 5) neque (f) multiplices, hoc est dicere, ubi alterum membrum verum, alterum falsum 6). Prohibentur etiam (g), articuli iuris, 7) nec minus (h) impossibilis, seu qui

1) R. I. de anno 1654. §. 49.

2) R. I. alleg. quo cum conspi-
rant, ordinat. proc. provinc. e. gr.
ord. proc. Sax. Tit. XX. §. 7.

3) Arg. dist. 4 c. II. L. 15
de Trans.

4) BOEHM F. Consult. et De-
cis. Iur. T. I. Cons. 7. n. 41.

5) L. 26. §. 1. π. da Iureur.

cum nemini sit iniiciendus laqueus.
C. 27. qu. I. C. 42.

ord. proc. Sax. Tit. XX. §. 7.

6) L. 13. §. 3. π. de reb. dub.

7) C. II. qu. vlt. C. 30. cum
ius non probetur sed factum L. 37.

π. de auro arg. leg.

qui contra naturam, 8) aut (i) criminosi, 9) nec tandem (k) impertinentes 10). Ex variis, quae passim apud DD. de articulis impertinentibus reperiuntur, colligi licet, articulos impertinentes, qui et irrelevantes, superuacanei, superflui, alieni, non necessarii, et non concludentes dicuntur, esse tales articulos, qui ad fidem thematum probandorum nil conferant; ex aduerso pertinentes, relevantes, concludentes, quos et ex visceribus libelli desumtos vocant, tales, qui ad fidem illorum aliquid conferunt. Hinc omnino sequi putamus, articulos, qui quocunque modo, non direkte et primario solum, sed etiam indirecete leui praesumtione parum ad causam faciunt, siue ad exceptiones rei oppositas eliden-

8) Affirmatio enim, cui ius vel factum repugnat nihil quidquam probat. L. 13. seq. de interrog.

9) Quia nemo propriam, vt vulgo aiunt, turpitudinem allegare, aut feiulum indicium onerare tenetur. R. I. all. §. 53.

10) Nituntur hic DD. primo L. 21. C. de Probat, vbi imperator exemplo virtutis, si vindicans domum adfuererit, suos fuisse nummos, quibus emtor eam suo nomine emerit, licet proberet factum, tamen hoc proposito actionis nullum praebet administrum. Provocant porro ad R. I. all. §. 41. verbis, sondern allein aus den KlagLibell gezogene probatorial Articul et §. 49. nur aus der Substanz des Klaglibells, ad ord. Cameral. part. 3. Tit XIV. verbis sollen solche Articul der eingetragenen Klage gemäss gestellet seyn,

et tandem ad ordin. process, ex quo rum multitud, quae in nostris foris obtinunt, solummodo memorare licebit. Sic O. P. S. Tit. 20. §. 7. daß sie allein auf dasienige seien, darauf der Sachen Grund herhebe, et O. P. S. Rec. ad hunc Tit. §. 7. da nur derselbe nicht an und vor sich selbst impertinenz oder irrelevant, Ord. Cur. Prov. Ienerf. C. 26. als sollen die Advocaten unnützige und überflüssige Articul vermeiden, O. P. Henac. Tit. 13. Als sollen die Advocaten deutlich und allein auf dasienige, darauf der Sachen und des Klaglibells Grund befrebet articulieren, disponunt. Martini Com. in Pr. I. Sax. ad Tit. 20. §. 7. RVLAND de commiss. p. 3. l. 1. c. 4.

elidendas causae principali adminiculantur, siue contentis libelli conueniunt, pertinentibus adnumerandos esse, si vel minimus effectus inde sequi potest; articulos e contrario, qui, et si prima fronte vt cunque aliquid efficere videantur, ad ius tamen relati, nullum habent probationis effectum, neque actionis propositum adiuuant, impertinentium nomine venire. Idque vno ore et communiter DD. sentire, tradit IAC. MENOCHIVS, 11) huncque consensum laudat. Differunt tamen in eo, quod, quae ex nostra articulorum pertinentium et impertinentium definitione haec tenus deduximus, definitionibus suis expresserunt; hoc inuenies apud ANDR. GAIL 12), BENED. CARPOZOVIVM 13), RVTG. RVLAND 14), BARTHOL. LEONH. SVENDENDOERFER 15), IOAN. OLDENDORPIVUM 16), G. L. MARTINI 17) aliosque, qui fusius de articulis scripsere, quos tamen omnes in definiendo, vti apparet, rationibus iustis inducti, haud secuti sumus.

Cum reprobatio sit species probationis, teste inter alios ill. HELLEFELD, iurispr. for. §. 1156, huic consequens est, ut articuli reprobatoriales sint species probatoriorum. Porro etiam interrogatoria, quae ad probationem partis aduersae, per testimoni depositiones peragendam, destruendam, eius articu-

11) Conf. 2. n. 364.

15) Proc. Fib. c. 2. §. 14. n.

12) L. 1. obf. 81. n. 4.

302. 6.

13) Dec. L. 3. T. 7. Relp. 74.

16) de form. lib. Tit. de posit.

Pr. I. in for. Sax. T. 13. art. 4. §. 2.

art. p. m. 62.

14) de Commiss. p. 3. L. 1. c. 4.

17) Comm. for. in O. P. S.

n. 4.

Tit. 20. §. 7.

articulis subiectuntur, ut inferiora reprobatoriorum considerari possunt. Cum igitur de specie valent, quae de genere valent, ea, quae de articulis pertinentibus et impertinentibus diximus ac dicti sumus, suo modo ad articulos reprobatoriales et interrogatoria applicare, nulli dubitamus.

§. III.

Ad officium iudicis spectat, ut etiam non imploratus, articulos examinet, utrum pertinentes sint nec ne, et tunc statuat, utrum admittendi sint, an vero reiiciendi?

Cum, experientia teste, articuli impertinentes tot disputationibus inter partes ansam praebant, litesque prolongent et impediunt; miranda sane est incuria complurium iudiciorum, quae sine examine praeui, aut aliqua data opera, omnes articulos sine discrimine, sive sint pertinentes, sive impertinentes, admittere solent, quaeque ad clausulam *salvo iure impertinentium et non admittendorum* configunt potus, quam ut salutarem contra damna, quae saepe ex inani litigio oriuntur, adhibent. Non possumus aliam eius causam suspicari, nisi quod iudices ignorent, articulorum probatorialium examen sui officii esse, aut eorum imperitiam aut desidiam in ipsa disquisitione. Postulat enim ea res saepe studium non leue, et interdum non nisi accurati iudicis dexteritate pertinentes articuli ab impertinentibus discerni possunt. Probandum igitur nobis esse, putamus, primum, ad officium iudicis

cis omnino pertinere, vt etiam non imploratus, licet partes impertinentiam non vrgent, antequam aliquid ad probacionem admittat, articulorum, sibi oblatorum, pertinentiam examinet, tum vero, vtrum ad probandum admittendi sint, nec ne, statuat; deinde etiam modum eiusmodi inuestigationis monstramus. Quod ad prius attinet, lūculentissima hac de re ex nostra parte stant testimonia. Etenim per examen articulorum, et hoc subsequentem reiectionem eorum, qui ad fidem thematum probandorum nil conferunt, lites non possunt non breuiores fieri. Iam vero ad Praetoris officium pertinet lites diminuere, et si id faciat, *humanus facturus videtur*. 1) Id autem non de imminentibus solum interpretamur, sed etiam de iam coepitis litibus, quoniam etiam post noui operis nuntiationem, (hoc est dicere, actione iam instituta,) se litigatores committunt iurisdictioni praetoriae, 2) in cuius administratione Praetor quoque officium deminundi lites, (quod hoc hoc casu non nisi finiendis coepit cogitari potest,) obseruare debet. Clarius adhuc ea de re praecepit ius canonicum, 3) quod iudici lites *restringendas potius, quam laxandas commendat*. Lites vero neque restringi neque laxari possunt, nisi iam existant. Quid multa, nemo negare poterit, iudicia litium finiendarum causa reperta esse, itaque iudex tam in praecauendo, ne lites existant, quam in illis, quae euitari non potuerint, omnem operam curamque adhibere debet, vt modo breuissimo

ad

1) L. 20. π. de reb. cred.

2) L. 1. §. 9. π. de noui operis nunt.

3) C. 28. §. 1. x. de Rescriptis.

ad finem perducantur. Nil vero magis ad caussarum compendium et processus iudicarii rectum planumque cursum conductit, quam si iudex ab initio diligenter et dextre perpendat, an ex articulis sibi oblatis effectus sequi possit, et hoc explorato, ex iis non admittat, quae mentem probantis, licet sint probata, non releuent, nec permittar, vt partes inanimi sumtu vexentur. In eo sane versatur fundamen-tam probationis, quo bene posito, omnia in illa expeditiora erunt, sicut e diuerso articuli sine discriminacione ac promiscue admissi, non possunt non probationem reddere perplexam, item prolongare et disputationes multiplicare. Ne autem temere hac in re aliquid statuat iudex, atque vnam partem iuuare fatagendo alteram grauet, omnino cognoscere debet, vtrum articulos in probationem venire probatis interfit, hoc est dicere, articuli ab eo sunt examinandi 4). Verum enim vero haec omnia forsitan non negas, sed tibi persuadere non potes, iudicem illud facere debere, si partes ipsae circa pertinentiam articulorum nil moneant, nec reiectionem eorum urgeant, cum iudex secundum tritum illud, nisi sit imploratus, nil faciat, neque officium suum ad priuatam utilitatem, nisi petenti impetriri cogatur, potius aduocati partibus fungi in legibus prohibeatur 5). Concedimus libenter, DD. producto cautelam suadere salutarem, vt in termino productionis protestetur non modo contra admissionem impertinentium articulorum, sed et alio vitio laborantium 6), vitiaque in articulis detecta iudici monstret. Iudex

4) L. 7. §. 6. D. de Interrog.

3. L. I. C. 5. MARTINI Comm.

5) L. 6. de postul.

in O. P. S. T. XX. §. 7. n. 40.

6) RVLAND. de Commiss. part.

dex enim minus peritus, non attentus, vel sui officii ignarus eo excitari potest, vt articulum, quem pertinentem primo intuitu habebat, vel admittere volebat, curatus cum themate probando comparans, irreleuantem repertum reiiciat. Quodsi vero hoc non fecerit productus, nihilominus iudex examei articulorum, instituere debet, 7) nec obstat regula, quod iudex suum officium non impertiatur, nisi fuerit imploratus, quoniam, nullo prorsus existente actore, applicari demum potest, instituta iam actione initioque processu, nil amplius judicem impedit, quo minus auctoritatem suam interponere queat 8). Et num tandem ad priuatam utilitatem iudex officium suum hic impertitur, vel adeo aduocati seu partis vices sufficit, si lites finit? tranquillitati enim ciuium confulit. Nos vero hoc omnino ad insignem publicam utilitatem pertinere arbitraremur, ad quam adiuuandam iudices constituti sunt. Qua in sententia me confirmat auctoritas I^Ctorum maximi nominis de simili casu, nimirum vbi de relevantia grauaminum appellationis est sermo, quique antea quam vteriores processus admitterentur, exactum semper iudicis examen grauaminum praecedere debere, statuunt, ne lites superuacaneae orientur; idque iudicis esse officii 9).

Iure meritoque autem a relevantia grauaminum ad pertinentiam articulorum propter analogiam

B 3

con-

7) GAIL L. 1. obs. 81. n. 14. part. iudic. supp. BERLICH part.
 RVLAND alleg. loc. MASCARD I. concl. 53. n. 45.
 de probat. concl. 182. MARTINI alleg. loc. n. 19. 9) MEV. conf. posth. conf. 41.
 8) L. vn. C. vt quae def. adu. n. 2. COTHMANN Conf. 42, n.
 33. Vol. 3.

concludimus. Praeterquam igitur, quod valde culpandus est iudex, qui suum officium negligit, ita et omisso articulorum examine, iisque sine omni disquisitione admissis, partibus iustam querendi causam etiam appellandi iustum praebet grauamen, quod prolixiorum, inutilem et sumtuosam litem, quam poterat auertere non auerrerit 10). Tandem quilibet haud perfectae frontis homo, facili negotio perspiciet, modo memoratam clausulam, salvo iure impertinentium et non admittendorum, qua toties abuntuntur, efficere non posse, ut incongrua, inepta, et superuacanea, fiant congrua, apta et relevantia. Illa, vti infra monstrabimus, adeo ex mente cultorum illius non nisi eo casu, vbi occurunt articuli, de quorum pertinentia iudex dubitat, locum suum occupat. Praeter hunc casum abusivae haec clausula adjicitur, si sub eius praesidio, quae probata non relevant, ad probandum admittuntur 11). Hoc solummodo eam ob causam hic adnotamus, ut appareat, neque hac clausula vti posse iudicem, nisi examen antea instituerit. Nam articulis nondum examinatis, de eorum pertinentia nec dubitare, nec certus esse potest. Reliquum est, ut quid sub hoc examine, a iudice institendo, intelligamus, et quomodo illud institui debeat, explicemus. Nihil autem aliud sub articulorum examine intelligimus, quam comparationem eorum cum thematibus probandis. Ad quae inuestiganda, quale sit in libello fundamentum agendi, quid de eo in li-

tis

10) MASCARD de prob. Concl. §. 3. RVLAND. cit. loc. GAIL:
32. n. 1.

11) CARPZOV. Tit. 13. Art. 4.

tis contestatione negatum sit, inspiciendum, nec non exceptiones peremtoriae oppositae considerandae sunt. Qua opera tamen supersedere potest iudex, si in sententia quadam themata probanda iam sint praescripta, quo in casu sententiam solummodo, et quae in illa sunt praescripta themata probanda, considerare debet. Hac comparatione instituta, apparebit, vtrum ad decisionem fundamenti agendi, in dubium vocati, an ad elidendas exceptiones peremtoriae, conducant articuli, hoc est dicere pertinentesne sint an non? multum quoque iuuat iudicem, examen articulorum institutum, vt sciat, quae remedia probationis a partibus sint electa Etenim quaedam produeto sunt molestiora, in his itaque maiori studio in examinandis articulis erit opus, ne superuacaneis oneretur, ideoque litteras, quibus iudici probatoriales articuli offeruntur, vulgo litteras oblationis dictas, nec non designationem documentorum, et directorium testium, quod articulis solet adiuci, inspicere debet 12). Peracto tali modo examine articulorum, ex eodem fundamento, quod ad iudicis officium ac conscientiam spectat, pro terminanda lite breuiores eligendi viam, sequi putamus, vt non attendens, quid partes vrgeant, quidue opponant, statuere possit, vtrum de articulis illis iudicandum sit in sententia super admittibilitate remediorum probandi ferenda, nec ne? vtrumque illos admittere an reiicere velit? Quod enim iudex litigibus utilissimum, causaeque magis accommodatum repetit

12) praescribit hunc modum articulorum pericentiam examinandi weisung zur ReferirKunst etc. §. II.
perillust, A, L, C, SCHMID An. qui in hoc genere instar omnium esse potest.

rit remedium, ad id litem redigere, illudque tanquam viam ac modum processus praescribere potest 13). Eam potestatem iudici concessam reperimus intuitu articulorum obscurorum, in litis contestatione occurrentium, nec non haud obscure circa ipsos articulos ac positiones 14). Ex quibus colligimus, iudicem, prout articulos cum thematibus probandis comparatos, litem commodius, citius ac minori sumtu finituros iudicet, aut non iudicet, ide iis admittendis decernere, nec non aduersarium, qui forte iudicij differendi causa articulos impugnat, ad respondendum cogere posse, vt postea ex responsione, quasi ex contractu, teneatur 15).

§. IIII.

Annon iudex etiam articulos, in sententia interlocutoria admissos, postea impertinentes inuentos, reiicere possit? quaeſto haud inutilis.

Verum enim vero, latius etiam ea in re iudicis potestatem pertinere, arbitramur, vt adeo articulos, qui in sententia interlocutoria iam admissi sint, si eos postea impertinentes intellexerit, facilitandae probationis causa reiicere possit. Prospicimus, hancce sententiam non omnibus placitaram esse, sed iustis ex nostro arbitrio ad eam statuendam commoti sumus rationibus. Non sufficere quidem ad hoc pro-

13) Gail. L. I. Obs. 61. n. 10.

14) O. P. S. Tit. 16. verb.
Und soll das richterliche Amt zu vor-
kommung allerhand besorglichen Weit-
laufstigkeiten, die hernach in dispu-
tatione meritorum über die Litis

Contestation' erfolgen kan, da etwan
hierinnen ein Mangel verspüret, suppli-
ren, obgleich derselbe Deficit vom Kläger
nicht attendiret, oder darwider excipi-
ret worden. CLEM. 2. §. 2. de V. S.
15) L. II. §. 9. π. de interrog.

probandum, putamus argumenta, quae profert GAIL 1), sententiam, statuens, super admissione articulorum latam, esse interlocutoriam, quam iudex regulariter reuocare possit 2). Nouimus enim auctoritatem rei iudicatae, quae praesertim in foris nostris Saxoniciis, vbi, ante sententiam interlocutoriam, de admissibilitate remediorum probandi et impertinentia articulorum, inter partes disceptari solent, omnino, lata sententia, adeo, et partibus ius quaeſitum largitur, quod iudex illis non pro lubitu, corrigendo sententiam, adimere potest. Negamus tamen, eius tantam vim esse, ut actibus plane frustatorii locum det. Nec sane est, cur aduersarius conqueſtatur, aut ius aliquod per rem iudicatam quaeſitum iactet, si iudex e. gr. in termino iurandi, seu in examine testium, post sententiam interlocutoriam hos illosue articulos, aperte impertinentes, adhuc reiicit, cum probatio super illis nullum effectum habitura, adeoque nec omissione ipsi nocitura sit. Ex aduerso regula aequitatis, *quod tibi non nocet et alteri prodest*, ad id potes compelli, iudicem hic omnino adiuuat, qui tali modo alterum litigantem a probatione prolixiori, fumtuosa et frustanea liberat. Quae cum ita sint, miramur sane, cur viri celeberrimi ac iurium peritissimi, a WERNHER 3) et DE BERGER 4), hanc sententiam, ipsis fere argumentis munitam, ad speciem probationis, quae per iuris iurandi delationem fit, refrinxerint. Iam, quomodo iudex in interlocutoria sententia ipsa super articulis impertinentibus iudicare debeat, discipiamus.

§. V.

1) L. I. Obs. 81. n. 13.

Observ. select. forens. T. I. P. I.

2) L. 14. π. de re iud. C. 60.

Obs. 69.

X. de appell.

4) Suppl. ad elect. discept. fa-

3) IO. BALTH. A WERNHER

rensi. P. I. Tit. 18. xi.

C

*Si ergo etiam in remonstrando
Index articulorum examine peracto, in sententia interlocutoria,
super qualitatibus remediiorum probandi ferenda, de illis
iudicat, (A) si de eorum pertinentia certus est.*

Quemadmodum extra Saxonię probatio, per testes peragenda, articulis includi solet, in reliquis autem probandi remediis articuli alieni sunt (§. 1.) ita et in eo praxis Saxonica a praxi iuris communis differt, quod in hac super admittendis probandi remediis, vel articulorum pertinentia et impertinentia, haud facile partibus controuertere licet, nec semper eam ob causam interlocutorie pronunciat. Index enim in foro communi non admittenda, prout illi manifeste talia videntur, vel statim reuicit, vel prout ea altioris indagationis esse sentiat, ad ubiorem explanationem, in disputationibus attestacionum peragendam admittit. Animaduertendum igitur hic est, quamvis quoad formalia tantum iudici in Saxonia passim suppeditatae sint regulae, ipsam tamen materiam quemlibet iudicem, tam in Saxonia, quam extra eam iudicantem, de officio eius circa probationem impertinentem instruere posse. Ille autem, postquam articulos cum thematis probandi comparavit, eos vel sine omni dubio ad fidem illis faciendam aliquid conferre, aut eos ita non comparatos, inueniat, necesse est. Priori casu eti effectus, quem certo inde secuturum vider, sit minimus, articulos non recicere sed admittere debet, ne modum probandi praecidat 1). Hinc si inter partes disceptatum fuerit, an articuli sint pertinentes, index in interlocutoria, super remediis probandi ferenda, pronuntiat, *dass die Beweis Articul gestalten Sachen nach pertinente und Zulässig, sive dass die Beweis Articul pro impertinentibus nicht zu halten.* Quoniam vero paria sunt aliquid fieri facto vel verbis 2) et tacite interdum articuli, per-

1) C. 36. X. de offic. et potest.
iud. deleg.

2) L. 5. π. Rat. rem hab. et
de ratihab.

tinentes reperti, admittuntur, per ipsam remediorum probandi admissionem, quibus probari debent. Hoc potissimum fieri solet, si illorum pertinentia non aduersario in dubium sit vocata.

§. VI.

(B) Si articuli manifeste impertinentes reperiuntur.

Fac, iudicem articulos extra omne dubium pertinentes non reperiisse, tunc fieri posse, putamus, vt de eorum impertinentia aut certissime illi constet, aut vt anceps ac dubius haereat, vtrum sint pertinentes an impertinentes. Si manifeste appareat, articulos esse plane irrelevantes, aequitas ac ratio, quam leges ciuiles corroborant, prohibent iudicem eos admittere. Quid est enim, quod eventus expectetur, qui nihil operetur? Quid iniquius, quam probationi indulgere, vt parti aduersae, quin et ei, qui onus probaudi in se suscepit, per litis protractionem inanem praediudicium inferatur ac litis expensae multum augeantur? Haec tamen ab articulorum impertinentium admissione sunt metuenda (§. 3.). Non minus autem leges ciuiles aetius frustaneos improbant ac detestantur, quandoquidem nemini neque supervacanea probatione, neque inutili cautione molestiam creari uolunt. Qua propter VLPIANVS 1) memoriae prodidit, quae eum in finem *Diuus Pius rescripsit*. *Quoties evidens res est, vt certum sit, nullo modo fideicommisso locum esse, perquam iniquum esset, supervacanea cautione heredem granvari.* Simile quoque testimonium Iuliani affert 2) qui iudici iuungit, ne patiatur rem, iuramento dictam, de nouo in controuersiam venire. Ex qua ratione,

C 2

facile

1) L. 14. §. 1. π. vt leg. vel fidei-
commis. feruand. causa cau.
2) L. 13. §. 2. π. de iu-

reiur.

facile apparet, nimirum quoniam lis foret frustranea. Ut taceamus exempla, quae leges de ipsis probationibus *inidoneis* recensent, quaeque *nullum effectum* praebere pronuntiant 3) eo ipso autem haud obscure declarant, ea ad probationem non admittenda esse. Quem ad modum etiam cum res tam evidens sit, argumenta, quae ex iure nonico petere possemus 4), ne ipsis diffidentiae causae suspecti videamur, omittimus. Haec vero praxis tener constanter, adeo ut fere apud omnes praeticos inueniatur regula, *quae probata non relevant, nec in probationem sunt deducenda* 5). Sunt tamen nonnulli supra iam memoratae clausulae adoratores, qui statuunt, admissionem articulorum impertinentium non multum partibus nocere litigantibus, si iudex addat clausulam, salvo iure impertinentium et non admittendorum. Huius enim vi, disceptatio de articulis impertinentibus, eorumque discussio referuaretur disputatis attestatorum, in his vero satis a partibus erui posset, an effectus exinde secutus sit, nec ne. Hoc si reperiat iudex, neque ea, quae non relevuant probationem, in pronuntianda sententia definitiva attendat, praeciducium ex admissione ortum esset nullum. Ex quo concludunt, etiam manifeste impertinentes articulos sub praefidio clausulae iam memoratae ad probationem admitti posse 6). Horum sententiam sequuntur etiam quidam recentiores eti clausulam ipsam proscribant. Sed fallunt et falluntur qui ita sentiunt. Est enim, quod ad clausulam attinet, haec clausula conditionalis, ut iam diximus, talis nimirum, quae pro-

3) L. 10. et L. 21. C. de probationibus.

4) exemplo sint regulae, quae iudici, de possessorio caute admittendo Cap. 5. X. de causa possell. et propriet. praescribuntur.

5) Gail. L. 1. Obseru. 81. n. 1. MEV. Confil. posthum. Confil. 39. n. 16. RVLAND. de commiss. P.

3. L. 1. Cap. 4. CARPZOV. Pr. iudic. T. 13. Art. 4. §. 3. n. 15. MARTINI Com. ad O. P. S. Tit. 20. §. 7. n. 16. MASCARD. de Probat. Concl. 132.

6) Horum aduersariorum mentionem facit CARPZ. Proc. iudic. Saxon. Tit. 13. Art. 4. §. 3. n. 17.

producto, contra quem articuli, de quorum pertinentia ab initio dubitabatur, ad probationem admissi sunt, in euentum, si postea impertinentes reperiantur, prospicit, ut impertinentia ei non sint praeciudicio (§. 3.) Cessante igitur conditione, cuius eventus exspectandus, cessat quoque clausula conditionata. Si vero rem ipsam, seposita clausula, consideramus, certum est, testes, super impertinentibus articulis examinando, nil probatueros esse 7). In aprico est, documenta irrelevantia numquam vim probandi natura esse (§. 2.). Ex aduerso omnino producto ex admissione impertinentium praeciudicium oritur, dum processus iis prolongetur, prolixior ac intricior reddatur, (§. 3.) quid, quod? Saepe aduersarius superuacanei iuramenti praestatione, aut frustranea documentorum editione oneretur. Quo circa sanior practicorum pars, quam secuti sumus, nobiscum statuit, iudicem articulos, certo irrelevantes, sicut libellum ineptum, reiicare debere. Hancce quoque in iudicando applicari sententiam, testem inter alios habemus GAIL. 8) saepe in Camera factum esse, narrantem, vt duobus aut tribus articulis relevantibus admissis, reliqui omnes tamquam impertinentes reiecti fuerint. Quinimo amplius procedunt modo allegati DD, qui ex nostra parte stant, et articulos, manifesto impertinentes, ne quidem a iudice admittendos volunt, etiam si lege municipali seu statuto cautum sit, vt omnes probationes, salvo iure non admittendorum ac impertinentium, admitti debeant 9). Multo minore dubio igitur res subiecta est, si adeo per ordinationem processus aperte impertinentia iudex reiicare iubetur, uti verbi gratia iudices in hisce terris per Ordinationem Processus Saxoniam receptam, documenta apperte impertinentia ad iuratam diffensionem admittere, prohibentur 10). Quod praecipuum, ob rationem allegatam, ad omne probationis genus in

C 3 similis

7) R. I. de ao. 1654. §. 52. Tit. 20. §. 7. n. 23. MASCARD.

8) L. I. Obs. 81. n. 15. de probat. Concl. 132.

9) MARTINI Com. ad O. P. S. 10) Tit. 25. §. 2. verb. Solday.

simili casu extendendum esse, nulli dubitamus. Generalioribus adhuc verbis praescribunt. Ordinat. Proc. Saxon. Rec. 11) Ord. Proc. Altenburgica 12) et Ord. Proc. Saxo-Gothana 13) vt omnes articuli, notorie impertinentes, statim reiiciantur. Index igitur, qui, tamquam minister legum, hasce earum dispositiones obseruare vult, articulos, quos, simulac fibi oblati sunt, praevia comparatione cum thematibus probandi, aperte irrelevantes inuenit, statim reiicit, in examine testimoniū omittit, neque in communicatione articulorum probatorialium cum producōto, impertinentes cum eo communicat. Minime tamen peccat, vbi super admissibilitate remediōrum probationis interlocutoriam ferre sententiam ei licet, (quod in hīſce feris fieri solere iam monuimus, (intr.) si periculōsum putet articulos reiicare vel securior esse velit, si iudicium de articulis vsque ad interlocutoriam differat, et tunc demum, aut ipse, aut ad praecedentem informationem a collegio iuridico, eos impertinentes pronuntiet. Modo interea testes super illis non examinet, nec alium frustraneum actum fieri patiatur. Hinc in sententia interlocutoria formula pronuntiandi ad hiberi solēt, (a) si omnes impertinentes reperti
Dass Klägers sämtliche Beweis Articul pro impertinentibus und vor unzulässig zu achten (b) si pro parte iudici pertinentes, pro parte

auf Achtung gegeben werden, ob es dem Richter die unzulässige ex officio zu reichen.
 auch solche Urkunden seyn, welche, wann sie an deme selbst richtig wären, wider den, der sie eydlich diffitiren soll, etwas erweisen können: Denn sonst, da sie ihm nichts praecindircirten, soll er mit der eydlichen Dif- fection, als die in solchen Fall ganz vergeblich, verschonen bleiben.

11) ad Tit. 19, §. 2. Also sollen die Articuli impertinentes also fort vom Richter ex officio verworfen werden, et ad Tit. 20, §. 8. Sondern von

dem Richter die unzulässige ex officio zu reichen.
 12) Cap. 21. §. 14. Es bleibt auch bierdurch denen Richtern anheim gefehlt, daß sie auch die offenbar impertinenten, verfangliche und iniuste Interrogatoria oder Articul verweisen mögen,

13) Part. 2. C. 1. §. 4. Sintemahl an dienliche, und nur du vergeblicher Weitläufigkeit gesiechte, so wobl Artickel, als anders, alſibald abzuschneiden, und zu vervorzen,

parte non relevantes vissint, daß der -- bis -- zulässig, die andern aber werden als impertinentes billig verworfen 13). Hic procedendi modus si non obseruatur, iudex item suam facit, nec parti aduersae vitio verti poterit, si omnia enixe faciat ne admittantur articuli, 14) Nam eum magis expedire partibus, quam si erogata pecunia et probationis in commodis percessis, deum exequiatur, an articuli ad probationem recepti, recipiendi fuerint, in aprico est 14).

§. VII.

Quid iudice faciendum, si de articulorum pertinentia et impertinentia ipse dubiter?

Est autem inuestigatio articulorum, vtrum pertinentes sint, artificiofa, (§. 3.) ita, vt iudicem eos examinante dubium saepe ac cogitatandum reddat haesitantemque, quid facere debeat, vtrum eos pertinentes pronuntiet et admittat, an vero irreuelantes et reiciendos illos praedicet, Quod si in hoc dubio DD. consulerit, omnes fere, uno quasi ore ei respondebunt, articulos sub tutela prodigiosae clausulae *salvo iure impertinentium et non admittendorum*, admittendos venire, exactiorem eorum discussionem ad disputationem vsque attestatorum, post peractam probationem referiandam esse, et tandem in definitua sententia ferenda, quae ad fidem thematum probandorum aliquid contulerint, consideranda, quae nullum effectum habuerint, non attendenda esse 1). Facili possem negotio eorum argumenta, quae

13) CARPOV. Proc. iud. T. 13. Art. 4, §. 3. IO. SVENDEN. DOERFER Proc. Fibig. Cap. 2. §. 15. R. 302. n. 6.

14) SCHAVMBVRG Princip. Prax iurid. iudic. L. I. Seft. I. membr. 3. Cap. 2. §. 7.

1) Ex quorum cohorte solummodo principes allegasse sufficiat

e.gr. CARPOV. Proc iud. Tit. 13. Art 4. §. 3. n. 23. MEVIVS P.

VII. Dec. 117. P. III. Decif. 24I.

SCHAVMBVRG Pt. Prax. iuri

iud. L. I. Seft. I. Memb. Cap. 2.

§. 7. RVLAND. de Commiss. P.

3. L. I. Cap. 4. MARTINI

Comm. ad O. P. S. T. 20, §. 7,

n. 28. f.egq.

quae ad id redeunt, in dubio iudicem tutissimum eligere et hoc pacto potius superflua admittere, quam necessaria omittere, debere, speciatim hic referre, eorumque insufficientiam, in applicatione vniuersali ad admissionem articulorum, dubie impertinentium, monstrare, nisi ipsi hi magni nominis viri aliis multis locis concedant, hanc regulam cum hac restrictione semper interpretandam esse, *nisi ex hac admissione superflui tertius detrimentum capiat*: Ipsi ex eorum scriptis probationem huius restrictionis petemus in sequentibus. Vtrum vero admissio irrelevantis et superflui tertio nocere possit, nec ne, non nisi ex remedii probandi, a probante electis, dijudicari potest, quae iudex sibi nota faciat, necesse est, simulac examen articulorum instituat (§. 3.). Disquiramus igitur, quod dentur media probationis, deinde in singulis explicantis, quatenus admissio frustranea tertio praecandidati posse, periculum faciamus.

S. VIII.

Definitio probationis et remediorum probationis determinatio.

Omnia ea Iureconsultis probationis nomine veniunt, *quibus iudici de veritate facti dubii sit fides*. Tria igitur sunt, quae eius notionem constituant. Requiritur nempe (a) ut exhibeatur iudici 1) (b) de facto dubio, 2) (c) eum in finem ut fides illi fiat de veritate illius 3). Cum vero, omnia ea probationem constituere, affirmauerimus, quae fidem

1) L. 83. §. 1. π. de Verb. Obilig. L. 12. π. de probationibus, L. 3. §. 1. et 2. de testibus.

2) L. 3. C. quib. ad libert. Sub facto autem dubio intelligitur tale, quod negatur.

3) d. L. 83. §. 1. π. de Verb.

Obs. Non enim aduersario sed iudici sit fides veritate dubii. Numquam sati aduersario faceret probans, etiam si quis ut veteribus proverbio fuit, solem ipsum ad ostendendam veritatem in manibus gereret. OLDEN-DORP. de probat.

fidem faciunt, satis exinde apparet, plures sub se comprehenderet species, probationis nomen, quorum in numero determinando magna inter DD. lis est, a temporibus M. T. CICERONIS usque ad nostra tempora. Adeo discrepantes enim sunt opiniones eorum hac in re, ut a numero quarto usque ad duodecimum vix unus existat, ad quem non extendant species probationis aut restringant 4). Accuratores tamen, ratione causae efficientis, ipsam probationem, prout mediante actu sensuali iudici fides sit, aut immediate, sola argumentatione, in artificialem seu artificiosam, et inartificialem, quam veram et propriam probationem vocant, dispescunt 5). Ad illam referunt praesumptions, huius vero quatuor recentent species, ad quas reliquas, quae determinari solent, aut reducunt tamquam inferiora, aut tamquam illegitima probationis remedia ex eorum numero plane excludunt. Legitimo enim modo iudici de facti cuiusdam dubii veritate sit fides vel per propriam experientiam, vel minus. Si hoc, aut per responsum producti, mediante iuramento exactam, aut non. Posteriori casu vel per scripturam, vel per personam de facto dubio deponentem. Ad prius ocularis inspectio ipsius iudicis, ad alterum iuramenti delatio, ad terrum documenta, ad quartum testes, et huc quoque ocularis inspectio, per arte peritos facta, pertinent.

§. VIII.

4) duodecim species probationis constituant glossatores ad tit. X. de probationibus, Baldus vero decem in rubr. de probat. septem MASCARD. deprobat. Vol. I. Quaest. quatuor OLDENDORF in comp. de probat. sex. Quinque M. T. CICERO

Lib. 2. de Oratore. Ut taceam reliquos.

5) illufr. HELLFELD. iurispr. for. sec. ord. π. §. 1148. MENOCH. de praesumt. in praef. MASCARD de prob. Vol. I. Quaest. 4.

§. VIII.

*Rationes cur(C) in subsidiario probandi remedio, super articulis,
de quorum pertinentia dubitatur, in interlocutoria
sit iudicandum.*

A iuramenti delatione, quae ad extraordinarios modos probandi refertur, 1) merito initium facimus, quoniam periculosisima ac aduersario modesto, qui, religione motus, facile iurare non vult, maxime praejudicosa 2). Quamuis vero obseruantia a ratione denominationis, subsidiariae probationis, 3) quod nomen quoque est iuramenti delationis, in tantum iam recedat, vt ea regulariter locum habeat in omnibus causis et actionibus, et quilibet probans probationis difficultatem euitare eiusque ingens onus declinare possit, dum causam conscientiae producti mandet 4). Eo tamen non procedit haec libertas, vt frustaneae iuramenti delationi, puta tali, quae licet iuramentum sit praestitum nullum tamen habeat effectam, nec quidquam in causa determinet, sit locus. Ex diuerso tam productus, quam probans ac iudices ad ea euitanda sunt obligati. *Productus* dum contra praecepta sanae rationis, sacri codicis et legum ciuilium agat, si inutiliter et temerarie nomen diuinum inuocet. Etenim ex principiis philosophiae morum iamiam scire poteramus, omnem inuocationem nominis diuini frustaneam profanationem esse illius, et si leges a superiori praescriptas non haberemus. Deinde Deum ipsum auctorem huius legis habemus, qui iam diu in decalogo 5) nomen suum vane usurpari vetuit, quam ad quod-

1) propter ea, quae in L. 1. L. 2. et L. II. C. de reb. cred. et L. II. §. vlt. π. de iureiur. fanciuntur. Quapropter etiam probatio subsidiario ac exorbitans appellatur CARP-ZOV Tit. 13. Art. n. 76.

2) L. 21. C. de fide instrumentorum.

3) Ratio appellandi est, quod

locum non habeat, vbi veritas alter haberi potest. LEYSER Sp. 137. Med. 6. CARP-ZOV. Proc. Tit. 13. Art. 1. n. 67. L. 31. π. de iureiur.

4) CARP-ZOV. Proc. iud. Tit. XI. Art. 1. §. 2. WESZENBEC P. rat. π. de iureiur. n. 9. et n. 84.

5) Exod. 20. 7.

quoduis temerarium vel vanum iuriandum referri oportere, recte interpres sacrae scripture docent, aliaque dicta biblica confirmant 6). *Facillimum* autem et leges civiles hominem habent, qui sine necessitate iurat, 7) approbantque tamquam iustum iuramenti recusationem, vbi quis religione magis, quam conscientia motus, facile iurare non vult. Nam ipse leges, nisi res dubia sit decidenda, neminem iuramento obstringendum volunt 8). Non minus autem *deferens* iuramentum temerarium ac inutile, criminis profanationis nominis diuini fit particeps, dum sine necessitate ad hoc probatioonis remedium recurrat, alterique ad iuramentum, nec necessarium nec utile praestandum, anfam praebet. Huic consequens est, vt et probans temerariam iuramenti delationem euitare debeat. Quodsi vero temerarie iuramentum deferat probans, vtique *iudicis* officium est, vt, quantum in ipso est, caueat, ne admiratur, si qua ratione caveri possit. Non enim dubitandum est, magistratus ac collegia iuridica, quae iuriandum inutile decernunt, ac vane iurantibus suam auctoritatem praebent, grauius ad huc maiestatem diuinam offendere, quam ipsos iurantes. Eo magis cum leges civiles usum iuriandi non suctulerint quidem, potestatem autem eum cohibendi et refrenandi iis tribuerint ac omnem iuramenti moderationem iudicum officio reliquerint 9). Probe sciuerunt legislatores, multos homines, religionis contemptu, *ad iuriandum immo ad peierandum per faciles esse, atii ex aduerso per quam timidos, qui metu numinis diuini, ad superstitionem usque a iurando*.

D 2

iurando.

6) Calou, in bibliis illustratis decernant, plus quam periuros Math. V. 33, Iacobi V. 12. Qui bus inductus DE LÈYSER spec. 567. Med 2. periurium 'non unicum crimen esse' statuit, quod circa iuriandum committatur, omnes potius eos, qui iuriandum nec necessarium nec utile praestent vel

7) L. 3. pr. π. de iureiur. C. 26. X. de iureiur.
8) L. 31. π. de iureiur.
9) L. 34. §. 5. et 8. π. de iureiur.

iurando abhorreant 10). Quapropter prudentissime in omnibus fere foris totius imperii Romano Germanici introductum est, vt nullum vñquam praestetur iuramentum, nec praestitum vñlum producat effectum, nisi a iudice, praeviae caue cognitione, mediante sententia interlocutoria fuerit impostum 11). Quae cum ita sint, satis profecto exinde consequitur, vt index articulos, super quibus ius iurandum delatum est, discernendi, curam magis sollicitam habere debeat, ac in aliis probationis remedii, nec illum, vbi quaestio sit, vtrum nomen Dei in vanum assumatur, nec ne, dubitatandum, decisionem post disputationes attestatorum remittere posse, dum interea sanctissimum Dei nomen iurando profanetur. E contrario, cum per interlocutoriam sententiam partibus iurantibus imponere debeat iuramentum, omne officium, quod in ea ferenda obseruandum illi est, non nisi eo recedere potest, vt disquirat, quid in iuramento praestando fidem thematis probandi facere possit, quidue illud non feriat, hocque sententia declaret. Eo ipso autem etiam super articulorum impertinentia iudicat. Verum enim vero quemadmodum officium iudicis, articulos impertinentes repudiandi, admissis iis, nondum finitum est, sed post rem iudicatam adeo, si qui irrelevantes articuli inueniantur omissi, facilitandae probationis causa locum habeat; (§. 4.) facile quilibet largietur, maiora adhuc momenta adesse, quae iudicem compellant, vt ne actum frustraneum, et qui omni effectu deficiatur, circa iuramentum admittat. Quam ob rem si in ipso iurandi termino appareat, in formula iuris iurandi, super qua iam res iudicata sit, occurrere plane impertinentia, ea ex officio, partibus licet non pertinentibus, (§. 3.) nec attenta re iudicata, (§. 4.) adhuc reliienda esse, ipsa iubet, iuris-

10) L. 8. π. de condit. instit. parat. π. de iure iuriū n. 9. CARPZ.
L. 3. π. de iure iuriū. L. 21. C. de defin. for. P. 1. C. 12. Def. 34.
fide instrum.

11) MATH. WESANDEC. in

iuris iurandi religio. Res iudicata enim contra praecepta diuina dispensare, vel illis, qui temere iurare non verentur, veniam largiri non potest. Haec vero omnia etiam in praxi sic se habere, viros iurium consultissimos ac celeberrimos de BERGER 12), A WERNHER 13), RIVINOS 14) et BOEHMEROIS habemus testes 15).

§. X.

Quid, si per documenta probetur?

Inter media probandi etiam documenta locum occupant, (§. 8.) quae hoc loco nobis sunt quaelibet scripturae ad probandum idoneae. Ea vero probans aut ipse possidet, aut illorum copiam non habet. Si in probantis possessione non sint documenta, fieri tamen potest, ut quoad proprietatem, aut solitarie, aut non solitarie, ad eum spectent, ideoque posteriori casu in communione existant: fieri etiam potest, ut documenta ad probandum necessaria sint plane aliena. Horum quemcunque assumas casum, tibi permittunt leges, ut editionem documentorum, quibus ad instruendam probationem indigeas, vrgere possis, modo tua intersit, ea editio: alias enim exceptione tua non interest recte repelleris, neque edendus superuacaneo onere grauari potest 1). E contrario si tua interest, specialiter, ante suscepitam probacionem, per actionem subsidiariam in factum et ex edito de edendo, aliaue actione, si nimirum possessio instrumento-

D 3

rum

12) Suppl. ad elect. disc. for. P. I. Tit. 18. XI, vbi complurium exemplorum mentionem facit, quibus ipse, nullo partium admonitu, auctor extitit, ut etiam post rem iudicatam, iuris iurandi super articulis irrelevantibus et delaratum et per sententiam iniunctum reiectum fuerit,

13) Obs. sel. for. T. I. P. I. Obs. 69.

14) En. I. ad Ord. Proc. Sax. ad Tit. 18. En. 38. vbi sententiam, qua iuris iurandi, super circumstantia impertinente delatum, reiicitur, verbetenus insertum est.

15) Conf. T. I. R. 148.

1) illufr. HELFELD, iurispr. for. §. 1171 et 1172,

rum ex contractu vel peculiari obligatione ad editionem sit deuinctus, editionem postulare, aut incidenter in eodem processu, penes articulos probatoriales eam vrgere, vel, ante probationem suscepitam, compulsorialia vel requisitorialia mandata petere potest, id quod in nostris foris frequens est 2). Iudex vero editionem decernit et professorem ad edendum cogit tam ob regulam aequitatis, quod tibi non nocet alteri prodet, ad id potes compelli, 3) quam ob iuris analogiam, quia instrumenta sumi remedia probationis (§. 8.). Quemadmodum igitr testis pro tertio probante testimonium dicere debet, ita quoque ad adiuuandam probationem alterius documenta edenda sunt. Huc accedit, quod leges expressae possifores documentorum ad edendum obstrictos esse volunt 4). Caeterum, quas DD. iudicii praescribere solent specialiores regulas, fere innumeratas, de compellendo actore, si reus instrumenta ab eo edenda petat, et de non compellendo reo, si actor eorum editionem a reo exigat, quidue statuendum, si a tertio non litigante communicatio documentorum ad probationem alterius vrgatur, eas merito hic silentio praeterimus. Nam primo nulla illorum eiusmodi est, quin iudicis arbitrium sibi vindicet locum; sed potius iudex ab illis, si circumstantiae et aequitas id fraudeant, omnino recedere, et nonnumquam iis, qui stricto iure edendi necessitate obstricti non videntur, editionem imponere potest 5); Deinde, quoniam secundum propositum nostrum nil scitu hoc loco necessarium est, nisi quod probans, editionem documentorum exigere non possit, nisi sua intersit, documenta edi:

§. XI.

2) MARTINI Com. for. in Tit. 26. §. 1. n. 64 et 65. BOEHMER de act. Sejt. II. Cap. V. §. 54. Hoc quoq; in proutum Ord. proc. Saxon. Tit. 24. §. 1. et O. P. S.R. 3) ad Tit. 26. §. viii.

4) L. 3. §. 9. et 14. L. 19. π. ad

exhibendum L. 9. §. 3. π. de edendo. GILL I. obf. 106. n. 16. legq. 5) DE LEYSER sp. 38. Med. I. qui inititur I. I. C. de edendo. SCHAVMVERG Princip. prax. iuri. iud. L. I. Sejt. I. Membr. III. Cap. III. §. 4.

§. XI.

Super articulorum impertinentia quoque ante definitiūam sententiam iudicatur, (D) si documentorum editio possessori imponitur.

Sub documentorum editione autem hoc loco nil aliud intelligimus, quam eorum communicationem probationis causa. Haec, si probans in probatione sua, documentis ab altero possessis indigeat, suaque intersit, ut communicentur, in probatione suscipienda petia possessore potest, (§. 10.). Tunc vero edendus aut documenta desiderata edit, aut eorum communicationem denerat. Posteriori casu ante omnia summaris docendum erit, pertinentis interesse 1). Hoc ut summarie cognoscat index, adeo necesse est, ut ab eo pendeat, utrum iubeat documenta exhiberi, annos 2). Si enim sua interesse non probauerit petens, neque iuris neque aequitatis ratio permittit ut alienorum instrumentorum in spicendorum potestas alteri fieri debeat 3). Desumitur autem haecce probatio partim a iure domainii, partim a iure communionis, et a necessitate, qua intuitu praesentis causas probans adstrictus est, ad documenta ad probandum producenda 4). Demonstratur tamen summarie, ita nimirum, ut semiplenae probationes, prae sumptiones et indicia sufficient, quae sufficere solent, si de remodici prae iudicij agitur, qualis ordinarie editio documentorum est 5). Solet quoque de iure communi et index, et edere iussus, a petente ius iurandum exigere, non caluniae causa eum postulare, vrsibi edatur 6) quo secundum querundam DD. opinionem interesse probatur 7), secundum aliorum sententiam vero iuramentum solum non sufficiens interesse probatio est, sed ultra illud requiritur, ut iudex cognoscat, an

probatio

1) III. HELPFELD. all. §. 1172.
2) per claram legem 3. §. 9. π. ad exhibendum.

5) CAIL, L. I. Obs. 106. n. 18.
6) L. 6. §. 2. et L. 9. §. 3. π. de ed.

3) L. 4. et L. fin. C. de ed.

7) WESENBECK in parat. de tab. exhib. n. 5. STRYK V. M.

4) SCAVMBVHO Comp. Iur. Dig. L. II. T. 13. §. 14.

L. 2. Tit. 13. de Ed. §. 15.

probabilis editionis facienda causa adsit 8). Alienum hoc est a praxi Saxonica, vbi edere iussus saltim ab aduersa parte iusurandam calumniae ordinarie non potest petere 9). Et sane ratione hoc magis nititur, quam eorum DD. opinio, qui praeter interesse probatum de calumniae jurandum esse statuunt, quia probato interesse pariter calumniae suspicio austertur, dum si probantibus interfit, documentorum editionem fieri, eam petere lex permittit, (§. 10.) de eo vero, qui petit, quod lex permittit, haud facile calumnia praefumi potest 10). Demonstratione vero interesse peracta, iudicis est, ut aut documentorum editionem imponat possessori, aut eam deneget 11). Illud dum facit, articulos, ad quorum probationem desiderantur documenta, pertinentes esse, eo ipso pronuntiat. Nam fieri non potest ut interfit probantibus, documenta edi, ad probandum articulum, qui nil ad fidem thematis probandi confert, per ipsam impertinentium articulorum notionem. (§. 2.). Sequitur itaque ut articulus, ad cuius probationem, petita documenti editio possessori imponatur, a iudice, necessario pertinens repertus fuerit; alias enim nec interesse, nec iure ad edendum proquantari potuit (§ antec.)

§. XII.

An et in probatione pro ex oneranda conscientia super articulorum impertinentia in interlocutoria sententia sit iudicandum?

Quintum casum, vbi statim ab initio impertinentes articuli reiiciendi sunt; quidam ICtorum nobis suppeditare volunt eumque singularem credunt, nimirum in probatione pro exonerante

8) RVLAND de Comiss. P. 2. L. 5. ad T. 26. §. 1. n. 103.

C 21. n. 5.

10) arg. L 55. et 151. π. de R.

9) propter dispositionem O.P.S. I. et L. 4. C. ad L. Iul. de adult. Tit. 26. §. 1. kan auch derenthalben II) CARPZ. L. 3. Resp. 77. n. 15, keinen sonderlichen Eyd für Gefährde MARTINI Comm. for. in Tit. 26. fordern, CAREZOV. P. 1. C. 17. §. 1, d. 29. n. 2. MARTINI Comm. for.

neranda conscientia. Fieri enim solere, statuunt, usu forensi teste, ut saltim litis protrahendae causa defensionem conscientiarum suscipiant aduocati, qui, cum ipsum factum, super quo delatum sit iusurandum, neque per testes idoneos, neque per documenta remouere possint, in articulis probatorialibus exceptiones aut replicam, praemissō causae statu, loco thematum negatorum deducere soleant. Quod iudex si animadverat, eti pars aduersa nihil excepterit, frustra testimoniū examen instituturus, frustra quoque aduersae parti documentorum recognitionem iniuncturus esset, quoniam articuli essent impertinentes. Quare eos potius statim reūcere deberet iudex, ut ab actibus frustatoriis abstineatur et litis pro tractio praeoccidatur. Eam in sententiam abeunt praeципue RIVINVS et DE BERGER. 1) Verum enim uero non videmus, quamnam singularem obligationem hacc probationis species iudici possit imponere, ut articulorum impertinentium curam habeat, praeter illam, omni probationis generi communem, ut iudex in probando actibus frustatoriis caueat. Remediis enim iisdem fere probandi ac aliae probationes peragitur. Ipsi etiam modo laudati viri non nisi hanc rationem in medium proferre possunt. Mirari itaque quis posset, cur solum a viris illis consultissimis in probatione pro exoneranda conscientia reiectio articulorum irrelevantium sit commendata, neque in reliquis probationis speciebus, vbi tamen protractiones inaneae noxiae sunt. Sed nisi omnia nos fallunt, ratio, qua eos ad id singulare statuendum mouit, ea fuit. Probatio pro exoneranda conscientia magis determinatum ac limitatum thema probandi habet, ac aliae probations ordinarie habere solent, ideoque facilitiori studio perspici potest, an articuli ad eius fidem iudici faciendam aliquid conferant,

E

an

1) Q. S. F. RIVINI Enunc. iur. ad O. P. S. El. ad Tit. 19. §. 16. et seqq. DE BERGER in El. dis. for. T. I. Tit. 19. Obs. II. n. 2. quorum prior applicationem senten-

tiae suae in praxi per duas sententias, quarum altera omnes huius furfuris articulos, altera vero, quosdam eorum admissis reliquis, reiectos esse, ostendit,

an vero ab eo alieni sint, quam in aliis probandi thematibus, ram artatos limites non habentibus. Etenim defensio conscientiae est loco iurisiurandi, cuius declinandi causa suscipitur. Quocirca res ipsa vult ac monet, ut ad id praecise dirigatur, de quo iurari debebat. 2) Si igitur reus conscientiam suam aduersus iuriandum, superfundamento actionis sibi delatum, defensurus, exceptionem articulis immisceret, quae ad circumstantiam, in libello non expressam, attinet, articuli sunt impertinentes, licet exceptio, iis contenta, ita sit comparata, vt totam litem dirimat. 3) Pari modo si actor, cui iuramentum a reo super exceptionibus delatum est, conscientiam per probationes tueri vult, replicam incongrue ac irrelevanter immiscerit articulis, quippe quae nil communem cum exceptionibus rei habet, earumque veritatem supponit, neque elidit. 4) Ex quibus omnibus concludimus, articulos, pro exoneranda conscientia oblatos, manifesto ac indubitate impertinentes esse, si super exceptione aut replica formati sint. Manifesto autem impertinentes articulos iudex in omni probationis genere ante definitiū sententiam reiicere debet (§. 5.) Quam ob rem, hic casus non singularem locum hic meretur, sed eo loco iam a nobis decisus est, ubi, omnes aperte irrelevantes articulos statim ab initio a iudice reiiciendos esse, statuimus. Neque aliud singulare habet, praeter quam quod de manifesta ratione impertinentium articulorum prius constare possit, quam in aliis probationum speciebus.

2) DE WERNHER Select. Obs. 4) DE BERGER all. I. n. 2. de
for. P. I. Tom. I. Obs. 351. WERNHER c. l. Suppli, nov.

3) RIVIRVS all. I. §. 18.

SECT^r.

SECT. II.

QVATENVS ARTICVLORVM IMPERTINENTIA ANTE DEFINITIVAM SENTENTIAM NON SIT
CONSIDERANDA.

S. XIII.

*Non consideratur impertinentia articulorum dubia (a) si probatio per documenta, quae probans possidet, fit, nec non
(b) si editio documentorum iam secuta est.*

Aliter vero res sese habet, si probationis remedium, a probante electum, in se producto non est praecidicio. Hoc casu non est, quod iudex a regula, quod omnes articuli ad probationem admittendi sint, recedat, si ei de exceptione manifesto non constet 1). Huius generis vero (l) probationem per documenta arbitramur, quae probans ipse possidet eaque medianibus articulis probationi offert. Omne enim onus, de quo productus in hoc remedio probationis conqueri potest, est recognitio aut iurata confessio documentorum, quae praesertim in foro Saxonico adeo consuetudine obtinuerunt, ut quilibet productus scripturam vel instrumenta contra se producta recognoscere, aut mediante iuramento dissiteri teneatur, adeoque publicis instrumentis sine recognitione fides non habeatur. 2) Hoc vero eum in finem fieri debet, ut aduersarius, contra quem instrumenta producantur, scripturam ipsam, subscriptionem et sigilla comparet et probe exploreat, an producens falsis instrumentis, adulterinis sigillis, fictitiisque subscriptionibus vtatur, ideoque productum decipiat, vel cum eius damno magnum lucrum reportet. 3). Quidni ergo recognosci debeant, si dubium sit, an releuent nec ne, cum id

E 2 sem-

1) STRYK V. M. T. de interrog. §. 53. MASCARD. all. I.

3) L. 56. π. de V. S. MATH.

2) CARPZ L. 3 R. 82. n. I. haec consuetudo haud obscure approbata est in Ord. Proc. iud. Sax. Tit. 25.

BERLICH P. I. Conf. 44. n. I.
BOEHMER Conc. 879. n. 28.
BRUNNEMAN. ad l. 15. §. vlt. π. de reb. auct. iud. poss.

semper fiat, saluis exceptionibus partis aduersae, absque labore et praeliudicio in causa controversa ipsa? 4) Nam si ad fidem thematum probandorum nil contulerint, deque eo postea constiterit, neque proderunt nec nocebunt. 5) Inquieres forsitan, superuacaneam tamen fuisse probationem, si appareat, frustra documenta recognita fuisse, quam iudex evitare debuisset. Sed habemus, quod tibi respondeamus. Causis enim hic occurrit dubius iudicii, aut fieri potest, ut post peractam probationem appareat, aliquid per articulos demonstratum fuisse, ideoque modus ac facultas probandi praecisa esset, si reiecti fuissent ante probationem. Aut, si admissi sint, fieri potest, ut constet, inanem probationem factam esse. In eo autem illa pars semper a iudice eligenda est, quae minus est praeiudicitalis partibus, iisque minus onerosa. 6) Minus onerosum hoc casu absque dubio erit superfluum admittere, quam necessarium omittere. Si cuti simili in casu, vbi in dubio versatur iudex, an appellatio sit deserta, eam non esse desertam pronuntiat, quia ita pronuntiando partes minus onerantur, quam si tamquam deserta reiceretur et utriusque consultum est. 7) Recte itaque se habet praxis, quae non obstante contradictione produci, si per documenta, quae probans possident, probatur, articulos ad probationem admittere, exactiorem de impertinentia corum discussionem, ad disputationem attestationem, (quam vocant Disputir-Sätze,) post peractam probationem referuare, et tandem in definitiva sententia ferenda, an ad fidem thematum probandorum aliquid contulerint, indicare solet. Verum enim uero haec omnia quoque valent (II) de probatione, quae fit per documenta, a possessore sine contradictione edita, (§. II.) Eo ipso enim possessor documentorum, quoruim editio petitur, satis declarat,

4) CARPZ. aff. 1.
5) M. EV. P. 6. Dec. 51.
6) L. 8. m. quae in fraud. cred.
CARPZ. Tit. 13. Art. 4. §. 3. RV.

LAND de Commiss. P. 3. L. I.
Cap. 4. GAIIL L. 1. Obs. 81.
7) MENOCCHI L. 6. Praef. 9.
RVLAND all. 1.

elarat, se non grauati per documentorum editionem. Quocirca cognitione iudicis, an probantis intersit, non opus est. In reliquis vero hicce probandi modus naturam illius, qui fit per documenta, quae probans possidet, induit, et quae de hoc, circa articulorum dubie impertinentium admissionem, in hac *spho* monimus, de illo quoque valent.

S. XIII.

Neque (c) si articuli per testes euincendi sunt.

Horum, seriei (III) quoque probationis remedium, per testes probandi, (§. 8.) adnumeramus. Fit enim testimoniū productio et examen sumtibus producentis, erit si articuli, super quibus examinantur, nil ad fidem thematum probandorum conferunt, pro infectis et non datis habentur, testes vero ipsi super iis examinationi nihil dixisse videtur. 1) His autem exceptionibus saluis, index, qui de articulorum pertinentia dubitat, ut tutissimum eligat, (§. antec.) articulos admittit, testesque examinat. Quemadmodum etiam super questione inhabilitatis testimoniū non admittit probationem altioris indaginis, sed testes, saluis exceptionibus contra personas et dicta testimoniū, quae in disputatoriis positionibus deducendae, audit. 2) Idque fit partim, ne modus probandi praecidatur. Hoc enim hic magis pertinet, secundum, quam in aliis probationum remedii, quoniam fieri potest, ut testis super articulo, dubie irrelevant, relevanter deponat, quo casu articulans suos articulos ita interpretari potest: et nullum dubium est, quin iis probauerit. 3) Partim, ne lis in longius protrahatur, dum multum tempus praeterlabitur, antequam ad ipsam probationem veniat. 4) Non est igitur, quod producatur de singulari praeiudicio, ex remedio probationis, per testes

E 3

三

1) MENOCH. Cousil. 707. n. que, MASCARD. de probat. Vol.
26. RVLAND. de Commiss. p. 3. L. 3. Concl. 1222. n. 12.

I. cap. 4. 4) SCHAVM BV

2) ill.

ax. L. I. Sect. I. Membr. 3. cap.

§. 1176.

§.7. त्रिवृत्ति अनुवाद

3) L. C.

卷之三

sibi orto, conqueri possit. Quae cum ita sint, in cassum laborauerit, si contra admissibilitatem exceperit, quoniam iudicis est, quam viam ac modum probandi optimum iudicat, partibus praescribere. (§. 3.). Praefat, si competentia sibi reseruat, ea que in disputationibus attestacionum deducit. Neque tandem probans, si postea forsitan perspicerit, inanibus sumtibus testes a se productos et examinatos esse, iudicem iniquitatis arguere poterit, cum sibi imputare debeat, quod impertinentia et extra causam facientia probare voluerit, damnumque inde ortum, quod sua culpa illatum est, sentire non videatur.

§. XV.

Nec non (d) si per ocularem inspectionem, (e) per argumentationes et (f) per iuramenti delationem, vbi articulorum veritas, super quibus iuramentum delatum, ab aduersario concessa sit.

Accidit quoque interdum, ut iudici de re dubia per eius aspectum fides facienda sit, quo casu ocularis inspectio a iudice institui solet, quae inter remedia probandi referenda. (§. 8.) Ea vero decernitur aut a iudice propria sponte et ex officio, nempe si eam ad indagandam veritatem necessariam existimet, aut si alteruter litigantium eam petat ad probationem suam peragendam. Posteriori casu, sicut parti examen testimoni petenti, incumbit, speciatim exprimere, super quibus articulis id ipsum fieri debeat; ita etiam circa ocularem inspectionem, si probatio per articulos fit, articuli, qui eius obiectum continent, specifice designandi sunt. 1) Super horum pertinentia, si ea dubia sit, (III) etiam non est iudicandum. Fit enim haecce ocularis inspectio sumtibus impetrantis, 2) deinde etiam probationi per testes in quibusdam similis est. Namirum in eo, quod saepius unus vel plures artis periti iuramento adficiuntur adhibendi, si ob naturam et conditionem ipsius inspectionis, ea a solo iudice

trans-

1) HERTIVS diss. de oculari 2) MEV. P. 8. Dec. III. ROCER. inspectione. Mev. P. 5. Dec. 310. n. 7. class. 6. Disp. 26. § 28.

transigi non potest. Deinde quoque in eo, quod rotulus conficiatur, quo res gesta scripta comprehenditur, nec non quod artifices relationes ad acta exhibeant, quae, ceterorum testimoniorum et attestatorum ad instar, cum litigantibus communicari solent, vi si quid aduersus ea proferendum habeant, id docent. 3) Quare ocularis inspectio ordinarie parti aduersae maiori praecidio non est, ac probatio, quae per testes contra eum instituitur. Dubitamus itaque nulli, ob rationes (§. 14.) iam allegatas, statuere iudices, ad instantiam probantis, super articulis, dubie pertinentibus, reseruata exactiori discussione eorum ad positiones disputationum, eam instituere posse. His praesuppositis dubium quoque esse non potest, quin et (V) ratiocinia et argumenta, quae ad judicem de veritate facti dubii continentur, articulatim offeruntur, in probatione artificiali non admittendi sint, si dubium sit, vtrum relevaturi sint nec ne? Fieri enim potest, vt in disputationibus, probationem sequentiibus, probans ea vberius deducat, et nexus inter themata probanda et ipsa argumenta existentem demonstret. Quid? quod, haecce ratiocinia, quae iudex in definitiva sententia reperit, vana et superuacanea, parti aduersae nil magis nocent, quam hylo-gismus contra te oppositus, inter quem et tuam thesin nullus sit nexus; neque alii sumtibus ratiocinatur hic, quam reliquae probationis species sunt, nimirum sumtibus probantis. Tandem (VI) iudex super articulorum impertinentia in sententia super qualitatibus remediorum probandi non iudicat, si veritas articulorum, ad quos responsio producisti exacta est, ab aduersario iam concessa sit. Hoc enim casu vana inuocatio dei in testem et vindicem non est pertimescenda, quae exceptionem a regula, omnes articulos esse admittendos, facere nos iussit. Praecidio vero hos articulos non esse aduersario, per eorum veritatis concessionem, ipse satis declarat. Quocirca recte pronunciatur: *Diemeil Bekl. auf den —— Beweis Artic. sich eingelassen, und deren geständig, so hat es noch zur zeit dabey sein Bewenden.*

§. XVI,

3) MEET, all. diff. §. 40.

40 DISSERT. IVRID. QVAESTIONEM EXPLICANS.

S. XVI.

Clausula salvo iure impertinentium et non admittendorum hodie fere exulat in admissione articulorum.

Magnam vim olim DD. in admittendis articulis, de quorum pertinentia dubitabant, clausulæ salvo iure impertinentium et non admittendorum tribuebant. Quocirca haecce apud illos reperitur pronuntiandi formula: *Dafs die angegebenen Zeugen auf die Articul, iedoch salvo iure impertinentium billig geboret werden*, qua in admissione articulorum, qui per testes euinci debebant, vtebantur. 1) Huius vero clausulæ duplicem statuerant effectum, quorum primus is est, ut articuli, impertinentes admissi, pro non admissis habeantur, et probationes desuper susceptae nullius sint momenti; alter, ut responsio ad articulum impertinentem pro non data habeatur. Quo pacto et iudici et parti consultum esse credunt, si forte articuli impertinentes admissi fuerint. 2) Verum enim vero, cum progressus ad ulteriora sit rejectio exceptionis oppositæ, 3) ideoque eo ipso quod remedia probationis admissa sint, exceptiones, contra admissionem articulorum directæ, rejectæ, articulique admissi sint; deinde, quae per clausulam modo laudatam iudici et parti reseruari credunt, per se et ex notione impertinentium fluant, (§. 2.) eaque ex beneficio legis competant, et si a iudice reseruata non fuerint, 4) hodierna praxis, saltim Saxonica eam explosam habet. Neque ordinarie in sententia interlocutoria articulorum admittendorum expresse fit mentio. Quam enim in sententia de testibus examinandis, adicere solent clausulam, *Es bleiben aber die mider die Zeugen habende Ausreden bey künftigen Haupt-Verfahren an und auszuführen unbenommen*: ea potius ad testem quam ad articulos spectat.

1) CARPZ. Tit. 13. Art. 4. §. 3.
SVENDENDORFER. Proc. f. 1.
BIG. CAP. II. §. 45. R. 302. n. 6.
2) GAILL. I. Obf. 81. n. 12. RV.
LAND de Commiss. P. 3. L. 1. cap. 5.

3) L. 8. §. 2. π. de Negot. Geff.
4) SCHAVMBVRG princip. prax. iud. L. I. Seft. I. Membr. 3. cap. 2. §. 7.

PRAE-

PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

RESPONDENTI

S. D. P.

PRAESES

Cum et s. patris TVI memoriam, cuius cineres aeternum deuenerandi legem mihi dixi, adhuc colam, TVIque ipsius ingenii alacritas pariter ac eruditio, qua polles, egregia, quamque publice his testari TIBI fas est, me TIBI iam dudum deuinxerint, non possum, quin, data hac occasione exoptatissima, id publico declarem, quo magis testatum sit ac illustre. Caeterum, que hinc litteris apprecari solent iis, qui publica exhibent specimina, de TE certo praedicere audeo, fore ut olim patria, quae sapientissimi ac iustissimi principis imperio regitur, TVA merita amplissimis praemiis sit compensatura. Vale mihiique fauere perge.
Scrib. Ienae d. VIII. Maij anno CCCCCCLXVII.

VIRO PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

RESPONDENTI

S. D. P.

ADAM. LVDOV. FRIDERICVS SCHMID

DD. ADVOCATVS.

Non possum non gratias TIBI agere maximas, quod ad huncce disputationis actum me humanissime inuitare, locum dissentientis occupare, testemque publicum esse voluisti de praecario, quod edis studiorum Tuorum atque eruditioinis specimine. Non vulgari teneor cupiditate, palam TIBI testificandi, quanti TE faciam. Praeterea vota sincerissima nuncupo, ut largissimos ex honorifice hoc actu colligas fructus, omniaque TIBI prospere succedant. Caeterum fauori TVO atque amicitiae vehementer me commendo. Dabam Ienae d. VIII. Maij. CCCCCCLXVIII.

MON.

MONSIEUR,

C'est avec beaucoup de plaisir, que j'accepte l'honneur, que Vous avez eu la bonté de m'offrir. Convaincu déjà de Votre étudion, dont Vous allez donner aujourd'hui des nouvelles preuves, et persuadé de Votre amitié, je Vous felicite de la première, et je ne souhaite rien, que la continuation de la dernière. C'est pourquoi je m'appelle avec beaucoup d'estime et d'amitié

MONSIEUR

Votre

Sincere ami et très-obéissant serviteur

CHRISTOFFLE HENRI KRÜGER

ce VIII du mois de May

de Wolfenbüttel.

PRAENOBIILLISSIMO AC DOCTISSIMO D. N. RESPONDENTI

I O. H E N R. H O F F M A N N

SCHWARZBURGICVS

OPPONENS

E quo mihi, in inferioribus mularum sedibus conuersatione tecum vni contigit, singularem TVAM in me amando liberalitatem sum expertus quam saepissime. Quid itaque dulcius, quid exoptatius mihi potuit accidere, quam cum et meum erga te gratum animum publice declarandi, testemque simul TVARVM, quibus abundas, ingenii docium, TVAEque in legitima scientia peritiae praebendi sit mihi facta copia. Age igitur Amico optime, perge ut coepisti, prosperiter Deus O. M. TVOS conatus saluberrimos, satus redreas in patriam, fruere praemis, quae te manent, exoptatissimis. Gratulor TIBI vehementer de TVIS quas adeptus es, laudibus et honoribus, — laetor plurimum de TVO ingenio, de TVA doctrina. Quod reliquum est amorem in me TVVM cupio conferre, quod est humanitatis, ego, quod erit officii, te colam diligenter, et quid de te sentiam et quo in te sum animo, officiis conabor ostendere, sin, ut mea est tenuitas hoc praestare non potero, TV tamē de mea voluntate TIBI id persuadebis, quod cupere videris, te mihi esse, ac semper fore carissimum.



ULB Halle
004 453 824

3



S6







Pra. 22. num. 30
1767, 3 16

DISSE^TRAT^IO IVRIDICA
QVAESTIONEM EXPLICANS,
QVATENVS ARTICVLORVM IMPERTINENTIA
ANTE DEFINITIVAM SENTENTIAM CON-
SIDERANDA SIT?

QVAM

ILLVSTRIS IVRISCONSVLT. ORD. CONSENSV,
PRAE^SIDE

P. 160
IO. AVGVSTO REICHARDT,
IVR. DOCTORE, CVRIA^E PROVINCIALIS SAXON. COM-
MUNIS ADVOCATO ET SYNDICO ACADEMIAE
ADIVNCTO.

DIE VIII. MAI. CCCCCLXVII.

ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT,
CHRISTIANVS HENRICVS DOMRICH

RVDELST. SCHWARZBURGICVS.

I ENAE
LITTERIS STRAVSSIANIS.

